



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 57. Fausti disputatio cum Francisco Puccio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

eius opera nunquam illius nomen præ-  
ferrent.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1595.

§. LVII.

*Fausi disputatio cum Francisco  
Puccio.*

Anno Salvatoris nostri millesimo quin-  
gentesimo septuagesimo octavo So-  
cinus acri disputationi <sup>Hoornbeck</sup> cum Francisco  
Puccio de statu primi hominis implica-  
batur. Erat hic Puccius Florentiæ ex  
illustri genere ortus, qui novarum opi-  
nionum illecebris inescatus relicta vera  
Ecclesiæ fide, ut suos errores spargendi  
ampliorem nanciseretur libertatem,  
Lugduno, ubi mercaturam agebat, ex-  
cedens in Angliam venit, ut Oxoniæ  
Theologicis disciplinis imbueretur:  
postea Londinum profectus, ac præ-  
clara de se opinione faisinatus sui ævi  
celeberrimum se esse Theologum exi-  
stimabat, atque ad Helvetios pergens  
cum Socino circa quæstionem de statu  
primi hominis in arenam descendit:  
quam vero ipsemet opinionem circa  
hunc articulum propugnaverit, non re-  
ferunt Scriptores, id tamen vero sat  
simile est, quod ea Basileensium sen-  
tentiaæ adversa fuerit, eoquod ab illis  
tanquam Vir de novis erroribus suspe-  
ctus urbe ejectus fuisset. Ergo Londi-  
num redire coactus ob sua dogmata in  
vulgus

**Sæcul. XVI.** vulgus sparsa carceri mancipatur: qui-  
**A.C. 1595.** nimo Socinus inter disputandum ad

maximas illum redigit angustias, quam-  
vis ipse met tot novitates, atque insula  
dogmata evomuisset, ut non minus ejus  
amici, quam ipsius hostes, quales erant  
Lutherani, & Calvinistæ ab eo etiam  
aperta vi sese segregarent, illumque tan-  
quam factiosum, furiosum, maledicuum,  
arrogantem, Novatorem & hæreticum  
traducerent: insuper illum insimula-  
bant, quod horrendas, Deique verbo  
adversas opiniones propugnaret, &  
propitiationis Sacrificium a Christo Do-  
mino pro nobis oblatum pernegaret.  
Socinus hæc probra identidem ei ob-  
jecta pertæsus eodem adhuc anno Ba-  
filea excessit, Tigurum delatus, quo  
Puccius recuperata libertate illum in-  
sequebatur, unde inter eos recrude-  
scente disputationis æstu sacris litigij  
non nisi in Polonia finis fuit impositus.

§. LVIII.

*Puccius ad rogi supplicium  
damnatus.*

*Micraet.*  
*Synt. hist.*  
*Eccl. p. 860.*  
*Gilb. Voe-*  
*tius disp.*  
*Theol. I. 2.*  
*pag. 234.*

**A**ttamen Puccius funestum vitæ suæ  
exitum sortiebatur; postquam enim  
varias regiones peragrasset, tandem in  
Archiepiscopi Salisburgensis manus in-  
cidens, ab eodem Romam mittebatur,  
ubi